Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36647
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Hec diffinitio magis ad ethimologiam nominis spectat. Phylos
enim grece. amor dicitur latine. sophia sapientia. unde phylosophia
dicitur. i. amor sapiencie. Quod autem addit. quod nullum indignius. unum ax
mens. vel sola rerum primeva racio est. divina sapientia designatur
que preterea nullius indigere dicitur. quia nichil minus continet. si
semel et simul omnia intuetur. preterita. presentia. et futura. Unum ax
mens idcirco appellatur. quia quod semel fuerit in deo una racione.
nulla umquam oblivione abolet. Primeva racio rerum est. quia adeo
simultudine cuncta formata sunt. Dicunt quidam. quod illud unum ag
unt artes manere. Hoc quod omnes artes agunt. hoc intuendum
ut divina simultudo in nobis reparetur. quia nobis forma est. deo natura
est. cui quantomagis figuramur. tantomagis sapiemus. Tunc enim in
nobis incipit reluceat quinam racione semper fuerit. quod in nobis tunc fit.
aperit illum immutabile esse. Alii. Phylosophia est ars artium
et disciplina disciplinarum. i. ad quam omnes artes et disciplinae spec
tant. Ars dici potest scientia. quia artis regulis preceptisque consistit.
ut est insepta disciplina quae discitur plena. ut est indoctrina. Vel ars dici potest. quando aliquid veri simile atque opina
bile tractat. disciplina. quando de his quae aliter se habere non possunt
veris disputationibus aliquid disseritur. Quam differentiam plato
et aristoteles voluerunt inter artem et disciplinam. Vt ars dici
potest. quod fit in subiecta materia. et explicatur per operationem ut
archytectura. disciplina vero quae in speculatione consistit et per sola ex
plicatur racionum nationem ut logica. Alii. Philosophia est.
medi racio mentis. quia magis quem exprimunt. quam abstractione scilicet cula
a justitione disciplinali simultudine fitque pacem unum.
Alii. Phylosophia est disciplina omnium rerum divinarum atque hu
manarum rerum probabiliter investigans. Sic omnis studium racio
ad phylosophiam spectat. Ad minus tria omnis phylosophica
est. vide phylosophia aliquam ad omnes res pertinere dicit.

PHYLOSOPHIA dividitur
in theoricam practicam mechanicam et logicam. Hec. iii. omnem
tenent scientiam. Theorica intentatur speculativa. practica